

## IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORO TUSCULANO ASPICIT

Iulius in foro Tusculano ambulat, Davus apud eum est. Ii quaerunt Medum, qui improbus servus est. Dominus enim putat Medum habere suos nummos, itaque eum reperire vult.

Dum Iulius ambulat, pulchram feminam videt abire ab Albini taberna, ubi ornamenta venduntur.

Iulius se aspicit in speculo quod ante se in taberna videt et putat se formosum esse; deinde imperat:

“Dave, quaere Medum in templo. Dominus tuus ornamentum pulchrum Aemiliae emere vult.”

Itaque Iulius petit tabernam Albini. Illic puella magna voce clamat: “Ornamenta! Ornamenta feminarum!” Et Iulius dicit: “Quam pulchra est vox tua! Quod est nomen tuum?” Puella autem nullum verbum respondet.

Iulius: “Femina mea amica Albini est”

Puella: “Quid? Femina tua?”

Iulius: “Aspice! In caelo nulla nubes est et sol lucet. Nonne caelum pulchrum est?”

Puella: “Feminae ornamentis delectantur. Eme hoc ornamentum, id non modo pulchrum est, sed etiam pretium parvum habet.”

Iulius: “Estne ornamentum rubrum ut capillus tuus? Ruber pulcher color est ...”

Puella rursus non respondet.

Et Iulius: “Qui in foro Tusculano ambulat fessus est. Estne aqua in taberna?”

Puella: “Hic ornamenta venduntur, non aqua! Eme ornamentum aut nihil!”

Iulius ornamentum pulchrum emit Aemiliae; is magnum cor habet et relinquit puellae non octoginta, quod est ornamenti pretium, sed centum sestertios.

Dum Iulius puellam salutatur, Davus advenit et clamat: “Domine, Medus ante templum est!”

Ergo ii currunt, sed, cum ante templum sunt, Medum vident cum pulchra puella. Quae est haec puella? Ea est puella quae ornamenta vendit et a qua Iulius delectatur.

Iulius Medum vocat: “Mede, improbe serve!” et currit ad eum.

Medus: “Domine!” Is manum Iulii carpit et oscula ei dat.

Iulius iratus dicit: “Mede..”

Iam autem Medus currit cum puella. Cur Medus currit? Quia, dum oscula domino dat, anulum Iulii carpit.

Iulius currit post eos, sed fessus est, ergo eos capere non potest, itaque iratus est.

Iulius autem laetus quoque est, quod putat se habere anulum gemmatum, sed cum aspicit in sacco suo anulus iam non est!

Medus procul abit non modo cum nummis, sed etiam cum ornamento Iulii!

Iam Iulius modo iratus est.